

Petrus de Vinea

*Ep. VI 32 (Notum facimus
uniuersitati uestrae...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vinea

*Ep. VI 32 (Notum facimus
uniuersitati uestrae...)*

1231-1250

Concessio officii notariatus

1. Notum facimus uniuersitati uestrae, quod ... de ..., fidelis noster, iuxta sacrarum constitutionem nostrarum tenorem examinatus, inuentus fidelis et de genere fidelium ortus, et sufficiens ad notariatus officium excercendum, est per nostram curiam approbatus. 2. Propter quod, de ipsius prudentia et fidelitate confisi, statuimus eum publicum notarium, ut amodo in terra ipsa publice notariatus officium ad honorem et fidelitatem nostram debeat exercere, recepto ab eo debito iuramento fidelitatis et de ipsius tabellionatus publici officio fideliter excercendo. 3. Quare fidelitati uestrae mandamus, quatenus, si in terra ipsa non est completus numerus statutus notariorum, nostris constitutionibus comprehensus, dicto..., fideli nostro, tamquam publico notario eiusdem terrae a nostra maiestate statuto, de omnibus, quae ad eiusdem notariatus officium pertinent, ad honorem et fidelitatem nostram de cetero intendatis.